



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Wettenhusium Monasterium Marchionatus Burgoviensis, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

8. *Jacobus Spet* nobilis.
9. *Jacobus Metscher*. Obiit anno 1418.
10. *Conradus Rugelin* Obiit anno 1428. interfuit Concilio Constantiensi & Basiliensi, ex quibus rediens fundavit Rutenſe vicinum Beginarum ſeu Franciſcani Inſtituti ſororcularum Cœnobiolum.
11. *Petrus Mahaber* de Hopffenwyler deceſſit anno 1450. cùm præfuiſſet annis 22.
12. *Henricus Fuchs* ex Epilcopi Constantienſis oppido Martorſſo natus, frater Petri & Joannis Abbatum in Schuſſenriedt, & Augia miratore. Valedixit vitæ, anno Domini 1492. cùm ædiſſet ad clavum annis quadraginta duobus.
13. *Lucas Harber* nobilis de Ringenberg præfuit annis 11. Obiit annis 1503.
14. *Adam Molitor* de Wurzach deceſſit anno 1523.
15. *Hieronymus Schlaich*, vir literis & humanitate clarus, quique novis & elegantibus ſtructuris, hoc Cœnobiolum præclare illuſtravit: electus anno 1423. ſexta die Maij, præfuit adhuc in proximorum anno Jubileo.

WEttenhuſium Monafterium Marchionatus Burgoviienſis, in Svevia ad Camlachim annem, in medio itinere inter Ullmam & Auguſtam, ſitum, ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini: fundatum eſt anno Chriſti 982. à Conrado Equite aurato, & Wernhero fratribus Comitibus de Rockenſtein: & Domina Gertrude eorum matre, quæ dicitur eſſe vera fundatrix. Petiit enim tantum agri à filiis ad extruendum locum ſacrum, quantum ipſa unius diei ſpatio aratro poſſet circumſcribere, quod cùm à filiis facile impetraſſet, ipſa miræ parvitas & levitatis aratrum adornans, id ſpatium, quod hodie adhuc iſtis Cœnobiio paret, obequitans, & aratrum in ſinu geſtans, circumſcripſiſſe, & obtinuiſſe legitur. Benefactores huius Monafterii loci celebrantur.

Mmm 3

Contra

Conradus à Riethaim
Conradus à Flachberg
Henricus à Kneringen
Eberhardus ab Hammerstetten
 Haller. *Burcardus Haller*

} omnes Equites aurati.

Sepulti vero in hoc Monasterio cubant primum Henricus ultimus Marchio Burgoviensis, qui obiit anno Domini 1283. postea verò plurimi nobiles à Rodt cum conjugibus suis.

Udalricus à Rodt, cum conjugè Ursula Burggravia.

Conradus à Rodt, cum duobus filiis Henrico Sapiente, & Rudolpho.

Henricus à Rodt, cum Adelheide Uxore.

Joannes à Rodt, cum conjugè Magdalena Marfallina.

Stephanus à Rodt, cum Agnete à Westerstetten cum conjugè.

Georgius à Rodt, cum conjugè Khunigunde à Neydeck.

Joannes à Rodt, cum Ottylia à Wechingen uxore sua.

Joannes à Rodt, cum Ursula Spetina conjugè.

Alii item nobiles ab Ellerbach.

Joannes videlicet cum Elysa conjugè.

Burcardus, cum Verena conjugè.

Puppelinus, cum Domina Anna ab Aychelberg conjugè.

Item:

Henricus.

Wolfgangus.

Georgius, omnes nobiles ab Ellerbach.

Hujus Cœnobii Præpositorum hæc tantum nuda extant nomina.

1. *Henricus.*

2. *Eglofus.*

3. *Bertholdus.*

4. *Henricus à Rodt.*

5. *Sifridus.*

6. *Henricus Raunerus.*

7. *Conradus.*

8. *Petrus*

8. *Petrus.*9. *Stephanus.*10. *Wernherus.*11. *Ludovicus.*

12. *Ulricus Hiebertus* Ettenburranus, latinè satis doctus, optimus œconomus eligitur anno Christi 1505. fuit egregius illustrator Monasterii, cui laudabiliter præfuit annis 27. Restaurator templi ruinam minitantis. Obiit anno 1532.

13. *Georgius Frey* Gunsburgius, eligitur anno 1532. homo morosus & in quem non male quadrat veteris poetæ, de Polyphemo versiculus:

Nec visa facilis, nec dictu affabilis ulli:

Præest hoc nimirum currente adhuc Jubileo.

WEichenstephanum (quod si latinè dicere velles. Consecratum Stephanum non inconvenienter appellaret) Benedictinæ professionis elegans ac magnificentissimum in amenissimoque monte, prope Frisingam, Episcopalem in Bavaris civitatem, situm Cœnobium: constructum legitur anno Christi 830. Ab Hitone Frisingensis Ecclesiæ Episcopo sexto, qui instituit ibi primum, Præpositum cum sex Præbendariis. De hac prima fundatione extant tales versiculi rudes quidem & Barbari, sed ob antiquitatem non omitendi.

Centum sunt octies triginta scilicet anni.

Christi verbigena per omnia secula regnantis,

Suplex Hittonis devotio Præsulis almi.

Frisinga fundat, statuens hic præposituram.

Præpositura S. Viti.

Anno vero Domini 1021, transtulit præposituram hanc in ejusdem montis umbilicum S. Viti appellatione notum, in hunc consecrati Stephani verò altiorem montem Monachos cum Abbate Secundum D. Benedicti regulam victuros introduxit Dominus Egilbertus, omni laude dignissimus Frisingensium Episcopus, & Antistes decimus septimus, ex nobilissima Mosburgensium Comitum stirpe natus. De qua secunda & vera fun-